Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et per virtutem magnam iovis

eum in carcerem et nullus ad eum ac-
cedat per quatuor dies non aqua non ali-
qua creatura illi detur donec ibi de-
ficiat. Attalus autem cornicularius
dixit ad presidem. Quid tibi sollici-
tudinem geris? Ego vado ad eum.
et faciam eum sacrificare. Tunc preses
dixit. Per statum civitatis huius et
per virtutem deorum nostrorum invictissimo-
rum principum quia si ei persuaseris.
faciam te esse quod ego sum.

Attalus autem cornicularius venit
ad agapitum in carcerem et dixit
ad eum. Crede agapite et rece-
de a stulticia tua. et sacrifica diis. Et
quid tibi est in tormentis mori. ut
perdas florem gratissime iuventutis
tue? Ego sicut tu es eram ita christianus. sed
credidi et sacrificavi diis. et modo mi-
nister sum et dominus. Tunc agapitus
dixit ad eum. Vides me puerum in sua
etatem. sed non sicut tu insanus et filius
patris tui diaboli. qui adoras idola
muta et surda. que sunt ab hominibus fa-
bricata? quia pater tuus diabolus
est tu eius filius es. et voluntatem eius fa-
cis. qui dicis iovem quia deus est. tu eius
socius es. Attalus cornicularius
dixit. Agapite sacrifica diis. licet
tibi omnia non dicere quia sustineo
te. Et dum hec diceret. misit preses et
iussit agapitum de carcere exhiberi.
Et dum adduceretur. missa est vox pre-
conis. agapitum deos blasphemantem
novis exquisitis tormentis crucia-
ri. Venit itaque agapitus ad presidem
Et dixit ad eum preses. Agapite.
cogitasti esse amicus noster? Agapitus
respondit. Noli temptare christum dominum meum.
ne dum vis temptare. temptaberis a pre-

tuo diabolo. Preses dixit. Tollite
prunas. et capiti eius imponite. Et dum
in capite eius imposite fuissent pru-
ne. agapitus dixit. Gloria tibi christe
deus qui regnas in secula. qui fecisti
me probari. Propter innocenciam m-
·s·me· et ·c·me·m·c·s·t· metrui. Et
iterum iussit eum preses flagellis cedi
Agapitus dixit. Flammam vidi primum
et cruciatus sum deinde flagellis
cedor. sed sic michi est quasi si musce
michi obstent ut refrigerer. Et iterum
iussit preses fieri fumum atrum. et nu-
dum capite deorsum suspendi. Et
dixit ad eum agapitus. Sapiencia tua
et vanitas tua in fumo laborat.
Et cedentes eum flagellis. dicebant
illi Noli iniuriam presidi facere.
ac deos blasphemare. Ministri
autem suspensum illum dimiserunt.
Tunc preses iussit ut nullus ad eum
accederet. usque dum corpus eius nun-
ciaretur fuisse decerptum. Attalus
autem cornicularius post quatuor
dies abiit ubi pendebat. ut videret
si adhuc viveret. Et invenit eum
super fumum ambulantem in veste
candida et psallentem. Non moriar
sed vivam. et narrabo opera domini. Et iterum
Transivi per ignem et aquam. et ind-
·m· in refrigerium. Angelus autem
domini solvit eum. Tunc nunciavit
attalus cornicularius presidi magnum
miraculum quod vidisset. Tunc preses
dixit. Quid faciemus de eo? Attalus
dixit. Ego credo quod magnus est deus
eius. et non est alius preter ipsum. Preses
dixit. Ut video seductus es. Attalus
dixit. Libentissime volo subire sen-
tenciam. ne sanctum et iustum videar cru-